



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90117999**

§. 17. Epistola ad Valeranum Naumburgensem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

Sæcul. XII. A.C. 1101. *E*ius etiam ab ipso procedat. Denique nul-  
lum superest dubium, quin S. Spiritus pro-  
cedat, a Filio, cum ista veritas demon-  
stretur, & necessario inferatur ex aliis  
Articulis, quos Græci nobiscum de My-  
sterio Trinitatis credunt, ex ipsorum au-  
tem opinione sequuntur errores, qui ve-  
ram Fidem destruunt. Hæc Libri de  
Processione Spiritus Sancti a S. Anselmo  
scripti Summa est.

§. XVII.  
*Epistola ad Valeranum Naumbur-  
gensem.*

*V*aleranus Episcopus Naumburgensis  
in Saxonia, cupiens respondere Græ-  
cis, qui in Germaniam advenerant, ut  
verisimile est ad aulam Henrici Impera-  
de Azymo toris, cui ille Episcopus addictus erat,  
Ec. p. 135. ap. Dodech. an. 1094. S. Anselmum de duabus Quæstionibus  
circa Spiritum Sanctum & Azyma consu-  
luit. Anselmus respondit: *Si certus es-  
sem, quod Neronis & Juliani Apostatæ  
Successori contra S. Petri Successorem non  
faveas, ea veneratione & amicitia, qua  
Episcopum decet, te salutarem. Sed ni-  
bilominus, quia neminem veritatem tueri  
volentem destituere debemus, eamque ad-  
versus Græcos, qui ad te diverterunt, quæ-  
ris, opus, quod contra eos de Processione  
Spiritus Sancti edidi, tibi transmitto.*

Deinde

Deinde in ea Epistola S. Anselmus Sæcul. XII.  
 Quæstionem tractat de usu Azimorum in A.C. 1101.  
 Sancto Sacrificio, & primo docet, hanc  
 rem ad Fidem non pertinere, parique  
 modo poni substantiam Sacrificii, sive in  
 pane fermentato sive in azymis offera-  
 tur; magis tamen congruere panem azy-  
 mum, nec inde sequi quod judaizemus,  
 quia non ideo facimus, ut imitemur Ju-  
 dæos, tam parum ac ille, qui in Hebdo-  
 mada Paschali azymum comedederet, quia  
 plus ipsi saperet, aut quia alium panem  
 non haberet.

Exinde Valeranus S. Anselmo scripsit,  
 consulens eum de variis Cæremoniis &  
 Ritibus, qui in diversis locis, cum S. Sa-  
 crificium offerretur, servabantur, præ- Ap. Anselm  
sæc. 137.  
 ftiā & Calicem formabantur, & de mo-  
 re Calicem sive Corporali sive linteo  
 complicato tegendi, quem non satis con-  
 gruum esse putat, quia JESus Christus in  
 Cruce nudus omnium oculis expositus  
 fuit. Sub finem epistolæ addit Valera-  
 nus, *Ecclesia Catholica de me bodie ait:*  
*bæc mutatio dexteræ Excelsi!* quippe ex  
 inimico Ecclesiæ Romanæ factus sum Pa-  
 schali Papæ carissimus, atque ad sacratio-  
 na confilia cum Cardinalibus admissus.  
*Attamen prius in aula Henrici Imperato-*  
*ris eram sicut Josepb in domo Pharaonis,*  
*scelerum omnium expers.*

D. 5

Ansel-

Sæcul. XII.  
A.C. 1101.

Anselmus, data epistola respondens, more inter Episcopos solito Valeranum salutat, & reconciliationem cum Pontifice gratulatur. Deinde transiens ad quæstiones propositas ait; optandum esse, ut Sacra menta in tota Ecclesia Ritu æquali celebrarentur; quando autem diversitas adjunctorum Sacramenti substantiam non destruit, ea prudentius in pace dissimulari, quam commoto scandalo damnari. Hanc autem varietatem inde fuisse profectam, quod homines de his quæ conveniant, vel dedeceant, diverse senserint. De more cooperiendi Calicem dicit: *Quamquam JESUS Christus extra Urbem & nudus crucifixus fuit, congruit tamen, Sanctum Sacrificium sub tecto offerri, ut ventorum & pluviarum arceantur injuriaæ.* Conveniens quoque esse, quod Calix cooperiatur, ne vel musca vel quæcunque immundities incidat. Denique oportere, ut potius vita & moribus nostris quam hujusmodi Cæremoniis JESU Christi paupertatem, & contemptum tolerantis patientiam imitemur.

### §. XVIII.

*Bruno Archiepiscopus Trevirensis.*

*Hist. Trev. to. 12. Spicil. p. 240.* Egilbertus Archiepiscopus Trevirensis, Schismate involutus, obiit quinta Septembris anno millesimo centesimo primo,